NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08183786 0

Digitized by Google

Land
*OIL

ANECDOTA SYRIACA.

COLLEGIT EDIDIT EXPLICUIT

J. P. N. LAND

IN ATHENAEO ILLUSTRI AMSTELOD. LL. ORR. PROF.

TOMUS SECUNDUS.

INSUNT TABULAE II LITHOGRAPHICAE.

LUGDUNI BATAVORUM, APUD E. J. BRILL,

Academiae Typographum. MDCCCLXVIII.

Digitized by Google

18031.

Digitized by Google

John, bishop of Ephesus

JOANNIS EPISCOPI EPHESI

MONOPHYSITAE

SCRIPTA HISTORICA

QUOTQUOT ADHUC INEDITA SUPERERANT.

SYRIACE EDIDIT

J. P. N. LAND

IN ATHENAEO ILLUSTRI AMSTELOD. LL. ORIK. PROF.

ANECDOTON SYRIACORUM TOMUS SECUNDUS.

INSUNT TABULAE II LITHOGRAPHICAE.

LUGDUNI BATAVORUM, APUD E. J. BRILL,

Academiae Typographum. MDCCCLXVIII.

Digitized by Google

Viro reverendo

B. HARRIS COWPER,

SUMMO VERI AMORE ET INDEFESSO LITERARUM STUDIO INSIGNI

DEQUE HISCE ANECDOTIS COLLIGENDIS OPTIME MERITO,

Tomum Secundum

GRATI ANIMI TESTIMONIUM ESSE VOLUIT

EDITOR.

Digitized by Google

L. S.

Joannis episcopi Ephesi scripta historica publici juris facere anno 1853 incepit v. d. Guil. Cureton, qui e codice Mus. Brit. 14640 Historiae Ecclesiasticae Tertiam Partem typis describi curavit [1]). Libri argumentum triennio post ego in commentatione Germanice scripta explicare conatus sum [2]); ipsam orationem Anglice redditam R. Payne Smith [3]), Germanice J. M. Schönfelder ediderunt [4]).

---

1) The Third Part of the Ecclesiastical History of John Bishop of Ephesus. Now first edited by William Cureton, M. A. F. R. S. Chaplain in ordinary to the Queen and Canon of Westminster. Oxford: at the University Press. M.DCCC.LIII. Formae 4.

2) Joannes Bischof von Ephesos, der erste syrische Kirchenhistoriker. Einleitende Studien von J. P. N. Land, u. s. w. Mit einer Tafel. Leyden, E. J. Brill. 1856. Formae 8.

3) The Third Part of the Ecclesiastical History of John Bishop of Ephesus. Now first translated from the original Syriac. By R. Payne Smith, M. A. Oxford: University Press. 1860. Formae 8.

4) Die Kirchengeschichte des Johannes von Ephesus. Aus dem Syrischen übersetzt. Mit einer Abhandlung über die Tritheiten von Dr. J. M. Schönfelder, Kaplan u. s. w. München, Lentner, 1862. Formae 8.

Digitized by Google

At teste Curetono plura ejusdem auctoris scripta in membranis Nitriensibus supererant. Quorum meliorem certe partem in lucem proferre jam ante hos decem annos in Britanniam profecturus mihi proposui, atque tunc e codicibus 14647 et 14650 Beatorum Hominum Vitas et Historiae Ecclesiasticae fragmenta descripsi. Reliqua conquirenda in proximam occasionem distuli, nec fieri poterat in tanta librorum copia a nemine prorsus examinata, ut omnia me possidere pro certo scirem.

Interea Musei conservatoribus adscribitur v. d. Guil. Wright, cujus laboribus magnae molis catalogus tandem aliquando absolutus est. Amici hujus mea laude majoris eximiam benevolentiam plus uno nomine grato animo recordor. Nam et Anecdoton tomum primum publice judicans me juvenem, Syriaca quam plurima describere festinantem, compluribus in locis egregie errasse demonstravit, et ad reliquarum chartarum vitia corrigenda sua ipsius officia ultro obtulit. Itaque me rogante (quippe qui munere in patria detinebar) Joannis apographa quae feceram cum libris Londinensibus denuo contulit, iis horis usus quibus ipsius Musei negotiis vacare lege non obligabatur. Has igitur chartas emendatas anni 1864 initio prelo subjicere incepi, — mox autem professoris publici provinciam ab hujus urbis senatu nactus, labores typographicos interrumpere coactus

Digitized by Google

sum. Post duos annos literas Orientales et philosophiam docendi officio paululum assuefactus, ea quorum apographa habebam ante anni 1867 ferias aestivas typis absolvi. Has Londini impendi et in caetera Joannis fragmenta Wrightii ope colligenda, et in retractandam Historiam Miscellaneam (cui omnes Zachariae reliquias addidi), et in Pauli Persae Logicam describendam, et in ea delineanda quae et hujus et proximi tomi tabulis destinabam, denique in graviores tomi primi errores notandos.

Ergo omnia quae Joanne episcopo Ephesi auctore Londini inedita supererant hodie tibi offero. Romae autem quantum scimus nulla adsunt nisi quae in Dionysii Telmahharensis Chronicon recepta J. S. Assemanius in Bibliothecae Orientalis tomo II. pp. 84—90 excerpsit. Nec apparet in ulla alia Europae bibliotheca scriptoris nostri fragmenta, ne dicam integros libellos asservari.

Sunt quae in plus uno codice Londinensi legantur. Attamen varias lectiones undique colligere, etsi ad librariorum mores et sermonis usum cognoscendos minime inutiles, in hac librorum typis descriptorum penuria et vetustorum exemplarium bonitate otiosum mihi visum est. Interim hoc tantum egi ut in omnibus Joanneis describendis meliores et antiquiores libros sequerer, caeteris in auxilium tantum vocatis, quibus dubia de elementis evanidis solverem lacu-

Digitized by Google

nasve sarcirem. Quod in una Susannae historia codicem anni 875, neque palimpsestum anni 850 secutus sum, ideo factum est quod accuratius scriptus et correctus esse videbatur quam is cujus scriba Evangelia saeculo quinto exarata foedare non dubitavit [1]).

In hoc etiam volumine scribendi errores repertum iri certum habeo [2]). Nec enim ad ipsas membranas plagulas exigere licuit; et solus sum in iis corrigendis; nec typi quibus utimur Wattsiani, etsi nitidissimi, omnia reddere valent. Deest *ribuj* in literis ܠ et ܗ [3]); deest punctum superius in ܐ et ܢ [4]) et ܥ et ܝ [5]), deest inferius in ܐ et ܝ. Nec licet in eadem litera punctum superius cum inferiori [6]) nec cum alterutro *ribuj* conjungere [7]). Deest etiam facultas puncta seu supra literarum ejusdem vocis intervalla sive infra ea collocandi, quod passim fit in codicibus MSS. [8]). Igitur ut

---

1) Cf. Index Codicum Manuscriptorum h. t. p. 28.

2) Jam ipse video, p. 45 vers. 12 ܡܬܩܛܠ, p. 179 vers. 8 ܐܝܟܢܐ, p. 224 vers. 24 ܐܝܕܥܬܐ (,ܐܝܕܥܬܐ?) scribendum esse.

3) Ergo ܗܠܗ ubi *ribuj* habet sine punctis repetere cogimur, ܡܗܠܗ nonnisi in ultimam literam, quod nunquam vidi, ea recipere potest.

4) V. c. p. 51 vs. 21 ܢ, p. 54 vs. 17 ܢܥܒܕܘ.

5) Itaque p. 13 vers. 8 ܡܢܝܐ edidi, mox autem, ne quae confunderentur, punctum omisi.

6) Veluti in locis ubi ed ܬ interpunctionis ergo inferius addendum est, in aliis ubi ambo conjuncta vocalem a indicant.

7) V. c. p. 105 vs. 6 ܡܬܠ.

8) Ergo ܐܬ, ,ܬ, similia scripsi, ubi alii ܐܬ, ,ܬ malunt; dum in membranis punctum intermedium est.

Digitized by Google

potui librariorum puncta reddidi, singulis proxime a suis locis positis quantum per typorum rationem licebat. Quamobrem ܐܝܟ ܕܟܬܒܘܗܝ ܐܬܝܢ ܠܗ ܡܬܬܩܢܢ, ut est in 12174 f. 137 r. b. marg. inf.

Tabulas tomo secundo additas fore ut priores illas longe antecellerent speraveram. Sunt enim lucis coelestis ope in lapides translatae, ea artis ratione quam invenit civis noster E. J. Asser, jur. utr. doct. Consilium quidem erat ex ipsis membranis specimina photographica q. d. repeti; at Musei artifex privilegio gloriatus vitra quae negativa audiunt vendere omnino recusavit, et specimina suo more paraturus ejusmodi pretii portentum flagitavit, ut ipse penicillo in charta pellucida pingere denuo debuerim. Fateor, designationes ad unguem accurate in lapidibus exprimi vix potuisse, vitrorum culpa quae ita parare ut in aterrimo quasi fundamento candidissimi literarum ductus cernantur in hac praesertim artis ratione difficillimum est; quo fit ut nonnulla crassiuscula evadant et in lapidibus acu corrigenda sint. Attamen scripturarum species atque indoles in tabulis satis apparent, nec dubito quin ea quam proximo volumini addere in animo est, his etiam praestantior evasura sit. Quae extremis tantum lineamentis designavi, in membranis rubrica scripta sunt.

Versionem Latinam et scholia jam nunc conficere nolui;

Digitized by Google

nam et lexici magni Smithiani mox edendi auxilio multa accuratius quam hodie fieri potest interpretari licebit, et imprimis Syriaca mea haud diutius in scrinio servanda esse existimo. Quamobrem in hujus operis volumine tertio Historiam Miscellaneam cum caeteris Zachariae fragmentis historicis, in quarto Reliquias Christianas Palaestinas edere constitui.

Restat ut gratias agam viris doctis qui copiose de tomo primo existimantes hunc alterum locupletarunt et operis consilium adjuverunt. Quorum et reliquorum omnium tum sermonis tum rerum peritorum officia ne Syris meis defutura sint ex animo opto.

Scripsi Amstelodami d. 26 m. Dec. a. 1867.

CORRIGENDUM.

In h. t. pag. latina 8 vers. 12 sq. legatur: »et post alia is contra quem (Cyrillus) »verba faciebat et personam secundam (Trinitatis, ut videtur) sustinebat, dicit:" ett.

Digitized by Google

12174 fol. 278 v. a. in fine.

18814 fol. 238 r. init.

14730 fol. 126 r. init.

7190 fol. 335 v. in fine.

14735 fol. 158 v. in fine.

12154 fol. 201 v.

Digitized by Google

THE ASTOR LIBRARY NY

Digitized by Google

ADDENDA ET EMENDANDA

IN TOMO PRIMO.

Censurae quibus tomum primum aestimare et corrigere susceperunt viri harum literarum periti, tres mihi innotuere. Quarum una est vi. di. *Guil. Wright* in diario cui titulus „Journal of Sacred Literature, April 1863", paginis 115—130, qua utpote a custode codicibus Musei Britannici Syriacis praefecto horum contextus in edendo minus accurate expressi vindicantur et Prolegomena quoque compluribus in locis emendantur. Altera vi. di. *R. Payne Smith*, Oxoniae tunc bibliothecarii nunc theologiae professoris, thesauro linguae Syriacae e Quatremerii suisque schedis edendo occupati, in eodem diarii fasciculo pp. 187—199; qui imprimis de verborum significatione disputat. Tertia vi. di. *Abr. Geiger* rabbini Francofurtensis in diario q. d. „Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft" t. XVII (1863) pp. 752—762.

Quae in diariis „Clerical Journal, Feb. 5, 1863", „Home and Foreign Review, July 1863" et „Quarterly Review n°. 233, Jan. 1865" p. 175 de Anecdotis dicuntur nullam addendi emendandive praebent materiam.

Quum vero hujus anni menses Julium et Augustum Londini degerem, omnes codicum MSS. lectiones quas Wrightius in suo libri exemplari diligenter annotaverat in meos usus convertendi veniam impetravi; et varias ejusdem observationes obtinui. Denique et ego nonnulla hinc inde et antea collegeram et tunc in adversaria contuli.

Digitized by Google

Caeterum universum volumen retractare atque omnes omnino ex eo errores tollere hucusque non suscepi. Etenim compluscula praesertim in versionibus Latinis peccata ut in legendo corrigant viri docti, mea opera non indigent; at contra non cuivis homini contingit adire Corinthum illam Britannicam. Quamobrem in praesens membranarum argumentis quam plurimis accuratius evulgandis otium impendere malui, quam iis laboribus quos plerisque Anecdoton lectoribus domi peragere licebit.

Ergo haec tantum in tomi primi marginibus annotanda offero.

In Latinis:

P. 1. Codices Syriaci Lugduno-Batavi in catalogi volumine mox edendo describentur, nec hi tantum de quibus jam dixi sed et duo vel tres alii perexigui momenti qui nuper reperti sunt.

P. 2. Codex L. B. 66 non saeculo XIV, sed, teste colophone qui fol. ܦܚ latet, mense Tomuz (Julio) a. Gr. 1494, nostri 1183 absolutus est.

P. 5. Historia animalium a Tychseno edita a nostra differt etiam quod ad interpretationem Syriacam e Graeco factam attinet. Tertia exstat in Mus. Brit. cod. Add. 25878 chartaceo admodum recenti, 15. 5 × 10. 5 cent., foliorum 70 (reliqua enim 17 precium diurnarum fragmenta offerunt); ubi itidem theoria omittitur, at de pluribus animalibus etsi paucioribus verbis sermo est. De quibus omnibus suo loco dicturus sum. — Theoria ab historia utpote altera ejusdem libri parte distinguitur etiam in epistola historiae Asenethae praemissa, quam posthac vide in Anecd. tomo III.

P. 6. ann. 2. De Guil. Postello vide Observationes Selectas ad rem literariam spectantes, Halae et Magdeburgi a. 1700—1705 XI voluminibus editas.

P. 8. De paucissimis codicibus Syriacis qui Amstelodami servantur posthac relaturus sum.

P. 9. versiculo 11 *e ficu, olea vel palma*] corrige: e ramis oleae vel palmae (RPSmith).

P. 11. ann. 1. In vocabulo *kars'un* explicando Maronitis quos denuo laudat RPSmith, ad nescio quem inventorem nomine Kars'un provocantibus, credere nequeo. Similiter olim v. c. Hierosolymas ab Hierosolymo, Francos a Franco Hectoris filio originem ducere affirmabant. Nec etiam credebant S. E. et J. S. Assemani teste Catal. Cod. Or. Bibl. Vat. Praef., qui vocem גֵּרְשׁוֹן »adventitium" in auxilium vocare maluerunt. Et hoc est fortasse quod Malabarensis ille voluit quum vocem a *gerisoni* repeteret. Adhuc, quantum video, in tenebris latet etymologia.

P. 13. Catalogus manualis hoc titulo typis descriptus est: Catalogue of Addi-

Digitized by Google

tions to the MSS. in the Brit. Museum. Ibi sub anno 1841 pp. 44—49 indicantur codices 12133—12181, sub anno 1843 pp. 68—90 codd. 14425—14741, sub annis 1846—47 pp. 368—383 codd. 17102—17274. Quae post annum 1847 acquisita sunt hucusque nonnisi in Catalogum manu scriptum recepta esse videntur. Multi libri hodie mutato foliorum ordine denuo ligati, omnes a Wrightio uberrime descripti sunt, Catalogum quando decreverint Musei Curatores edituro. Interea haec quae in prolegomenis adumbraveram utilitate non caruisse ultro mihi testati sunt viri docti qui horum librorum ergo Londinum adierant.

ib. sub 12135 pro Soba et Sora in Catalogo scriptis Severus legendus est (Wright). Hic enim Syriace ܣܘܪܐ appellatur.

P. 15. sub 12170 *ante A. D.* 624] lege 604.

ib. sub 12171. Lege: *Joannes Philoponus* de Christi naturis (W.). Vox enim in pugillaribus in compendium redacta deinde nescio quo fato in nativitatem abiit.

P. 18. versic. 1 *exhilaraverit*] lege: duxerit (Geiger).

ib. sub 17216 *de fructibus recentibus ett.*] Titulos variorum capitum permiscui; sunt autem tria folia e Galeno de aliment. facult. II 58—61 (ed. Kühn tom. VI pp. 643—647) hodie in cod. 17156 inserta (Wright).

ib. sub 17217 *Alphabetum mortuorum*]. Sunt carmina alphabetica (W.).

ib. 17274 hodie refectus est.

P. 19. 14609 hodie refectus. Additus est foliorum manipulus cui inest ܐܓܪܬܐ ܕܝܘܚܢܢ ܡܢܚܐ ܕܐܒܐ ܕܐܣܟܝܛܐ ܕܐܬܪܝܐ ܕܡܨܪܝܢ epistola Joannis Monachi ad Hesychium argumenti ascetici. Porro pater quem Mennam appellavi non ܡܢ sed ܒܝܢ »Bin vel Bên" vocatur. Post hujus vitam aliae reperiuntur ascetarum Aegyptiorum, v. c. Serapionis (W.). Epistolas Herodis et Pilati anno 1865 edidit Wright in libro »Contributions to the Apocryphal Literature of the New Testament".

ib. 14644 Doctrina Adaei; Doctrina Petri] Edidit Cureton in libro »Ancient Syriac Documents ett. Lond. 1864" [1]).

---

1) Quem omnes literis Syriacis ereptum ex animo dolemus Guil. Curetonum eundem tamen in libro laudato de scriptis meis levissimum judicium et literato viro plane indignum tulisse etsi invitissimus commemoro, non est quod silentio praeteream. Justas enim reprehensiones dum veritatis ergo grato animo accipimus, ac vulgi cavillas praetermittimus, injurias tanti viri auctoritatem prae se ferentes nemo honestus tolerare debet. — Nimirum jam in pag. 149 scripsit »the same want of knowledge or of attention which characterizes *all* Dr. L.'s publications which I have seen", quorum scriptorum quaenam legerit nec dixit nec quae dixit ullo argumento confirmare suscepit. Contra, quam parum diligenter ipse in praefatione Joannis Ephesini judicaverit jam ante hos un-

Digitized by Google

Doctrina Apostolorum] Edidit Cureton in eodem libro. Cf. Ang. Majus in Scr. Vet. N. Coll. X. p. 169—175. Alius est Lagardii liber e cod. Parisiensi protractus (Didascalia Apostolorum Lips. 1854). Ex eodem Doctrina nostra at Adaei nomine petita est quam edidit Lagarde in Reliquiis juris Eccles. (Lips. 1856) p. ܠܕ sqq.

P. 20. vers. 3. Dubitat vir rev. Matagne Bollandianus an perperam Abrahamum Cidonium ܟܕܘܢܝܐ («Abr. of Cheduna" scribit Cureton Anc. Syr. Doc. p. 150, Chiduna Ass. B. O. I. 396) eundem ac Mariae patruum esse Syri arbitrentur.

ib. vers. text. penult. *Hist. quatuordecim virorum Dei*] lege: Hist. viri Dei. Rubricae enim qua codicis argumenta enumerantur haec sunt verba ultima: ܕܓܒܪܐ ܕܐܠܗܐ . ܘܫܬܝܢ ܥܣܪܐ ܕܟܬܒܐ ܕܢܝܢܘܐ ܕܡܢ ܟܠ ܚܕ ܘܚܕ ܕܡܢ ܟܠ ܚܕ ܕܢܝܢ ܥܣܪ ܟܬܒ ܢܝܢܘܐ «et Historia de viro Dei; quae sunt numero quatuordecim"

---

decim annos, quam multa in aliis libris editis neglexerit postea variis in locis satis luculenter ostendi; attamen nunquam ideo mihi, non de hujus aevi hominibus sed de rebus Syrorum scribenti, in mentem venit una ejusmodi sententia integra scriptoris opera damnare. — Deinde, quod gravius est, in margine haec adjecit: »when such a one ... »presumes to accuse the Version of the venerable Translators of our Authorized Trans»lation of the Bible both of ignorance of the English tongue and of want of know»ledge of the geography of the Holy Land, it shows a degree of hasty self-reliance" ctt. »See *Journal of Sacred Literature*, 1858". At quomodo judicandum de ejus fide, qui omisso manifesto erroris fonte, in libro quem laudat jamdiu digito demonstrato, eum sibi exquirit ex quo summae dementiae suspicionem alteri injiciat? Nempe haec in illo diario exstant. In succincta censura operis »Syriac Gospels" quam temporis gratia conscripseram, de versione Anglica conquestus eram, non antiqua illa et popularium laudibus celebrata, sed ea quam e textu Syriaco nuper invento Curetonus ipse confecerat. Exempla et alia et hoc laudaveram, quod Mt. 2: 16 vox ܬܚܘܡܐ per »coasts" (oras maritimas) nec per »boundaries, limits" reddiderat. Recte respondit S. P. Tregelles (ib. Jan. 1859 p. 409): »It is a pity Dr. L. did not look for one moment at our English »Authorized Version of the passage; he would there see our good hearty English word »coasts employed just as it is by Dr. C. .... Had he no friend who could have kindly »pointed out to him that his zeal ... had carried him a little too far?" — Atqui diarii editori qui tunc erat haec corrigenda fuerant. Qui postquam plagulas correctas typographo tradideram, nonnulla suo arbitrio ridicule turbavit, denique post commentationem, more Anglico nomine meo non signatam, addita annotiuncula me ejus auctorem proclamavit; cujus rei si veniam, ut oportebat, petiisset, libenter ipse me professus essem. Quidni ergo et illum peregrini nolentis errorem eadem opera sustulit? Et quo tandem pacto post illa Tregellesii verba excusari possint ea quae scripsit Cureton utut vir doctus et integer, quibusque non poterat quin libellorum meorum odium et opprobrium popularibus artificiose instillare videretur? Imo praestabat errores quos in commune flebiliter deploravit diserte notare; nunc autem praeter ea quae in hac ipsa pagina correxi non nisi Wrightii observationem repetiit et etymologiam nominis ܟܕܘܢ sine causa vituperavit. — Quod Tregellesio rationem nunquam reddidi, editori illi tribuendum est, cujus fidei quidquam amplius committere nolebam. — Atque haec de istiusmodi apinis dicta sufficiant.

Digitized by Google

(nempe voluminis partes). Haec, ut antehac dixi, in alia intentus obiter perlustravi, et facilem errorem commisi, quem ostendit Wright, deinde alter veluti rem gravissimam delamentatus est (Anc. Syr. Doc. p. 149 sqq.).

P. 20. ann. ܢܝܣܪ] Frustra hanc etymologiam oppugnat Cureton Anc. Syr. Doc. p. 179, qui Beli nomen invenire sibi videtur, et diserte haec asseverat: »the compounds in ܐܠ, Hebrew אל, refer to the God of the Israelites, the true God, and not to the Chaldaeans, worshippers of Baal. The analogy, therefore, of ܐܢܒܝܠ and ܓܒܪܝܠ is not applicable". Manifestum est Curetonum dum haec scriberet ne cogitasse quidem quid esset ܐܢܒܝܠ; est enim idoli nomen (ܐܒܢ ܕܐܠ ܗܘܐ ܕܢܝܣܪ Acta S. Ephraemi ap. Ass. B. O. I. 27) = אֶבֶן אֵל »lapis dei". Et apud Phoenices quoque אל nomen divinum est; cff. inscriptiones a Gesenio in Monn. Phoenn., a Levyo in libello »Phoeniz. Wörterbuch" laudatae. Ergo ubi ܐܢܒܝܠ idoli Nisibeni nomen erat, ܢܝܣܪ »progenies dei" sacerdos Edessenus audire poterat. Alterum fortasse exemplum habemus Ass. B. O. II. 222, unde pagi nomen ܕܒܝܠܐ accessivit Cureton; hoc, opinor, per »aedificavit Belus" interpretatus erat; atqui proxime praecedit nomen ܢܝܣܪ »signavit (utpote suum) deus". Attamen haud nego, ܢܝܣܪ fieri posse ut: »stabilivit Belus" significet (cf. יהויכין), dummodo ne alteram etymologiam »unquestionably erroneous" appelles.

P. 21. vers. 1 ex Evangelio *Lucae*] imo Marci; specimen in tab. XIV Mc. 6: 18—20 (Wright).

ib. 14641 ܡܫܬܡܥܢܘܢ] lege ܡܫܬܡܥܢܘܢ (Wright).

ib. ܫܕܪ] corrige ܫܕܪ, ergo pro »blasphemi" lege »non circumcisi" (Wright).

ib. ܫܡܥܐ] lege ܫܡܥܐ (Wright). Cf. infra ad p. 162 v. 28.

ib. ann. 1 *Errat scriba*] imo scriptor, nam f. 30 v. b. diserte dicit: ܡܢ ܕܡ ܡܫܬܡܥ ܠܟ ܕܥܒܕ ܫܘܬܐ . ܕܢܬܐ ܕܐܡܪ ܠܟ ܫܕܪ ܡܠܐ (Wright).

ib. ann. 2 Adde quod f. 31 v. a. etiam ܡܫܠܠܐ audit (Wright).

P. 22. vers. 4 Lege f. 150 v. col. 2.

ib. 5 ܥܒܕ (Wright).

ib. 6 : ܡܠܟܐ (Wright).

ib. 8 : ܡܫܡܫܐ (Wright).

ib. 9 ܡܢܢܐ (Wright).

ib. 12 ܡܢܢܘܢ . ܡܫܬܢܐ (Wright).

ib. 16 *facio* hosce libros.

ib. 20—21 a *decessu deplorando* Constantini ett.

ib. 23 et *uti eas decebat* et suo ordine ett.

ib. Est historia prorsus fabulosa (Wright), cujus similem de eodem Jovi-

Digitized by Google

niano ejusque spiritu familiari vide in Gestis Romanorum c. 59; cf. Benfey, Pantschatantra I. 130.

P. 23. vers. 2 ܡܢ ܫܠܐ (Wright).

ib. 13 ܐܘܡܬܐ (Wright).

ib. 19 ܕܢ ܥܠܡ (Wright).

P. 24. 14650 Folia 1—5 e Patrum Aegyptiorum vitis, 4—8 ex Evagrio (W.).

ib. vers. 23 ܐܝܟܐܕܐ ܕܐܝܟܐ (Wright).

ib. 30 *adulterio*] imo *παρανομία* (Geig. p. 753).

P. 25. versiculi 29 et 30 deleantur; etenim non omnino conveniunt excerpta nostra cum iis quae Assemanius edidit.

P. 26. 12174 Volumine refecto hodie non prorsus quadrant foliorum numeri.

ib. vers. 10 ܐܝܟܐܕܐ ܕܐ (W.).

P. 29. 14658 Etiam 17156 philosophici argumenti est. Habemus illic Severi Kenesrinensis, alibi Georgii Arabis commentationes Aristotelicas. De quibus omnibus ulterius inquirendum.

ib. ܥܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܣܛܘ *περὶ οὐσιῶν* legendum (cf. editio Lagardiana).

P. 32. Signa Zodiaci paulo aliter audiunt in Cat. Bibl. Apost. Vat. I. T. III p. 374; cf. Tychsen in Elementali Syriaco, Rost. 1793, p. 110.

Heic pro ܢܝܣܢ ܪܝܫܐ legendum est ܢܝܣܢ ܪ »Aries, Nisan" (W.)

ib. 14533 *fol.* 33] hodie 42.

ib. vers. 14 ܒܬ ܐܢ et ܪܝܫܐ (Wright).

ib. 17 ܪܝܫܐ : ܪܒܬܐ (Wright).

ib. 18 : ܪܒܬܢܘܬܐ et . ܒܬܐ (W.).

ib. 19 ܒܬ et . ܪܒܬܐ (W.).

ib. 21 ܐܝܟܐܕܐ (W.).

ib. 25 ܒܬܐ (W.).

ib. 26 ܪܝܫܐ (W.).

ib. 27 ܡܬܬܐ et ܪܝܫܐ (W.).

ib. 29 ,ܡ ܪܒܬܐ ܪܝܫ ܐܝܟܐܕܐ ܕܐ : ܡܬܬܐ (W.).

P. 33. vers. 3 . ܡܬܬܐ et . ܕܒܬ (W.).

ib. 5 ܐܝܟ et ܐܝܟ (W.).

ib. 6 ܡܬ et ܡܬܬܐ (W.).

ib. 7 ܪܒܬ (W.).

ib. 9 . ܡܬܬܐ (W.).

ib. 13 *Ecquid enim*] Ign. Trall. 5 (Merx). Cf. Petermann in Ignatii editione Lips. 1849 pp. 104 sq. Sententia ita fere reddenda: »*Ego enim non ideo quod vinctus sum discernere possum coelestia et stationes locorum* (*τοποθεσίας*) *angelicas et coetus principatuum, visibilia et invisibilia. Praeter haec etiam, ecce! discipulus sum.*"" Delenda est annotationis 1 sententia prior.

Digitized by Google

P. 34. vers. 9 *humilificant*] imo: judicant.

ib. 19 ܡܬܕܝܢܝܢ : ܡܬܕܝܢܝܢ (W.).

ib. 20 ܡܬܕܝܢ (W.).

ib. 21 : ܡܬܕ (W.).

ib. 23 ܐܝܟ (W.).

ib. 24 . ܡܬܕܝܢ et ܐܝܟ ܕܝܢ (W.).

ib. 26 ܡܬܕܝܢ (W.).

Deleantur annotationes 1, 3, 4.

P. 35. vers. 3 lege: qui proclamat: ascenderunt ett.

9 lege: deposuerunt et migrarunt.

12 *Cave ett.*] Etsi ad scribendi rationem et laudandi formulam provocaveram, aliter judicavit v. d. A. Merx in commentatiuncula quae hoc titulo »Zur ignatianischen Frage" in Hilgenfeldii Diario theologico, 1867, I, legitur. Ipsius verba repeto (p. 96): »Land will »zwar diesen Brief nicht auf Ignatius Namen schreiben, allein aus »ganz nichtigen Gründen. Wenn ein Schriftsteller sagt: »»Ignatius »»... schreibt an die Magnesier Folgendes ... ferner Folgendes ...., »»woraus du sehen kannst, dass .... und nach einigem Andern Fol- »»gendes ... Von demselben heisst es im Briefe an Anastasia"" ...., »wenn ein Schriftsteller so sagt, dann ist der genannte »»derselbe"" »Niemand als Ignatius, dem man daher in jener Zeit einen solchen »Brief beilegte. Dass dieser Brief unecht ist, ist eine ganz andre »Sache" (*omnino*), »Land aber verwechselte" (*quod nego*) »diese Mei- »nung des Berichterstatters mit der objectiven Wahrheit, wenn er »meint: Cave ett. Erweitert sich somit das Feld der sichern Pseudo- »Ignatiana um ein Stück, so wissen wir nun auch, was wir mit »dem Fragmente p. 33 (übersetzt p. 34: Eo ipso quidem consilio ett.) »anzufangen haben. Es ist ein gerettetes Stück aus einem seiner »Adresse nach bisher unbekannten ignatianischen Briefe, den wir »als zehnten im Bunde der nacheusebischen hiermit recipiren".

Attamen aliter res se habet quam affirmat vir doctissimus. In ejus censura enim omnia pendent ab his verbis: »Wenn ein Schriftsteller" sqq. Videamus nunc ipsum codicem 14533. Ibi in foliis quae hodie sunt 19—52 legitur ܟܘܠܝܬܐ ܐܚܪܝܬܐ »collectio altera" locorum e Patribus excerptorum, quae in fine (f. 52 r. a.) accuratius ita definitur: ܗܢܘ ܡܫܬܠܡܐ ܡܫܘܬܐ ܐܚܪܢܐ ܕܟܠܗ (*sic*) ܟܠܝܠܘܬܐ ܕܚܕ ܐܚܪܢܐ ܡܫܬܠܡܐ »explicit collectio »demonstrationum variarum e SS. Patribus contra Julianistas". In capita divisa est centum et viginti, quorum numeri in marginibus annotati, quaeque singula ordiuntur a thesi aliqua deinde e Patribus

Digitized by Google

probanda. Atqui in his laudandis certam rationem observavit is qui libellum composuit; nempe singulis scriptorum nominibus praepositionem ܒ praemittit, ita ut hujusmodi formulis utatur: ... ܒܡܪܝܐ, ... ܒܡܠܐ, ... ܒܡܠܐ ܕܐܒܐ; nonnunquam dicit ... ܒܡܢ ܕܐܡܪ, ... ܒܡܢ ܕܐܡܪ ܠܗ, etiam ܒܡܢ ܕܐܡܪ (e Paulo apostolo, ac si libri hoc nomen esset). In fol. 26 r. a. legimus ܐܦܢܐ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܫܝܚܐ »et ipse Servator noster dixit Judaeis" et in col. b. ܕܐܡܪ ܠܦܛܪܘܣ ܠܗ ܡܫܝܚܐ »et Petrus ad Judaeos in Actis", verum neuter tanquam scriptor laudatur. Uno tantum loco post verba e Cyrillo adv. Succensum excerpta (fol. 29 r. a.) dicitur ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܫܝܚܐ: ܐܦ ܐܢܐ ܠܐ ܐܡܪ ܠܟ ܕܐܢܬ ܗܘܝܬ ܡܫܝܚ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ ܕܐܠܗܐ »et post alia is qui contra eum (Cyrillum) »verba facit et alteram personam agebat, dicit:" at hcic casu singulari nova formula postulabatur, quum verba repetenda essent ab ipso Cyrillo laudata. Itaque videmus qua ratione compilator ille Patres in auxilium vocare soleat; porro observandum est nullis titulis honorificis eum uti nisi ܡܪܝܐ et ܡܫܝܚܐ addito sedis nomine.

Quibus praemissis ad fragmenta Ignatiana revertamur. Capitis quo continentur numerus est 102 (fol. hodie 42 r. b.), haec autem verba (rubricis lineola supra ducta compensatis): ܒܡܠ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܕܐܢܬ ܗܘܝܬ ܡܫܝܚ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܢܬ ܗܘܝܬ ܡܫܝܚ ܕܐܠܗܐ ... ܕܐ ܠܐ ܡܫܝܚ ܕܐܠܗ ܚܝܐ ... ܕܐ ܠܐ ܡܫܝܚ ܕܐܠܗ

ܡܬܩܪܝܢ ܕܡܢ ܩܕܡܝܐ ܕܢܦܩܘ ܡܢ ܩܒܪܐ . ܕܐ ܡܬܩܪܝܢ ܒܬܪܝܢ ܦܬܓܡܐ ܕܢܬܝܗ ܠܬܪܝܢ ܩܠܝܢ ܕܡܠܝܢ ܥܠ ܡܠܬ

»hisce perorat quae etiam induco, dum ita scribit:" — »Ignatius »autem, revera *θεοφόρος* ctt. ita loquitur:" — »Quod illa sic se »habent, etiam Joannes ep. CPolis testatur, qui in interpretatione »15 Commentarii in epistolam II ad Corinthios, dum loquitur .... »haec dixit:" —.

Vidisti nunc quid intersit inter Severum Patrum verba continua oratione laudantem et eum qui libellum e Severi et aliorum libris consarcinavit, quorum locos absque ullo orationis vinculo composuit. Itaque fateberis, epistolam ad Anastasiam in codice nostro non Ignatio sed Severo tribui. Quod ejus exordium a compilatore diserte revocatur, eandem ob causam factum est cui etiam in codicis f. 51 r. haec rubrica scripta debemus ܡܢܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܣܘܪܝܢܘܣ ܕܡܪܝܐ ܕܥܠ ܫܘܬܦܐ ܕܡܠܬܐ ܕܐܢܣܛܐܣܝܐ ܕܐܝܬܝܗ ܒܬܪܝܨ ܡܠܬܐ ܕܐܝܢܘܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܪܝ ܥܠ ܕܢܦܠܝܡ »Sti Severi e tractatu secundo contra Nephalium, cujus exordium: »nos librum divinum et Servatoris". Scripta enim Severi permulta erant. Cod. 12181, cujus folia supersunt 102, hunc titulum gerit: ܡܢ ܩܕܝܫܐ ܣܘܪܝܢܘܣ ܡܪܝܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܕܐܦܝܣܛܘܠܐ ܕܐܝܢܘܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ »Liber Sextus Epistolarum ἐκλόγων i. e. Selectarum ex Epistolis Sti »Severi patriarchae Antiochiae Syriae". Singulis in margine numeri additi sunt quos in corpore majori gerebant, e quibus apparet, epistolarum libros alios exstitisse ܕܐܦܣܩܘܦܘܬܐ »in episcopatu" scriptos, alios ܕܒܬܪ ܕܫܘܬ »post persecutionem" in exilio; denique fol. 87 r. a. descripta est ܡܢ ܫܠܡ ܕܐܬܬܟܢܫ ܠܒܪ ܡܢ ܫ, ܡ. ܫܢܝ ܟܠ ܕܫܘܬ »ex iis qui reperti sunt *extra* »illos 23 libros (epistola) 15". Severi etiam temporibus diaconissas fuisse v. c. e Justiniani Novellis et Ass. B. O. II. Diss. de Monoph. notum est.

P. 36 *init.* Non intellexit RPSmith, quod multi Anglorum ignorant, nostrates a Germanis differre, nec consilium quod equidem hoc loco professus sum tantum esse quanti illorum genti eruditissimae laudem tribuimus.

P. 37. De argumentis codicis 14647, ex quo nunc omnia quae Jacobum monachum antecedunt in hunc tomum recepi, cff. Index Codicum MSS. et tomi Conspectus.

P. 38. Etiam cod. 17202 hodie retractatus est ejusque folia ita disposita ut jam in apographo nostro anni 1858 exstabant. De hoc libro paucis dicendum erit in tomi III praefatione.

P. 40. Alterum etiam Chalipharum indicem mihi ostendit Wright in cod. 17193 miscellaneo, saeculi IX ut videtur, obvium. Ibi f. 17 r. sq. haec legimus (rubricas lineola supra ducta indicavi): ܟܠ ܡܢܝܢܐ ܕܐܝܬ ܒܗ

Digitized by Google

P. 40 ann. 4. Erasum est ܪܫܘܬܐ (رسول), cujus vocis prima litera adhuc discernitur (Wright).

P. 43 vers. 1 Lege: saeculo octavo Christiano.

P. 45 vers. 5 De autographo dubitat Wright.

ib. 9 . ܡܬܩܪܒܝܢ (W.).

ib. 10 ܡܬܩܪܒܝܢ (W).

ib. 12 . ܐܝܬܝܢܢܝ (W.).

ib. 13 ܡܬܩܪܒܝܢ (W.).

ib. 14 ܡܢܝܢܐ ܡܢܝܢ . ܡܬܩܪܒܝܢ (W.).

ib. 15 ܕܠܐ ܐܝܟ ܥܒܝܕ ܡܬܩܪܒ (W.).

ib. 16 ܡܬܩܪܒ et ܡܬܩܪܒ (W.).

ib. 19 ܡܬܩܪܒ (W.). Sic etiam vs. 29, p. 46 vs. 4, p. 47 vs. 4, 14, 20.

ib. 21 . ܡܢܝܢܐ et . ܡܬܩܪܒ (W.).

ib. 22 ܡܬܩ (W.).

ib. 23 : ܡܬܩܪܒܝܢ (W.).

ib. 26 ܡܬܩܪܒ (W.).

ib. 27 . ܡܬܩܪܒܝܢ (W.).

ib. 28 : ܡܬܩܪܒܝܢ (W.).

P. 46 vers. 1 . ܡܬ (W.).

ib. 6 ܐܦ (W).

ib. 7 ܡܬܩܪܒ et ܡܬܩܪܒ et ܡܬܩܪܒ (etiam vs.14) et ܡܬܩܪܒ (W.).

ib. 9 ܡܬܩܪܒ et ܡܬܩܪܒ (W.).

Digitized by Google

P. 46 vers. 10 ܡܫܬܘܬܐ (W.).
ib. 11 et 12 pro ̣ legatur ̇ (W.).
ib. 13 ܐܘܬܡܠܝܬܐ (W.).
ib. 16 ܐܡܡܢܐ
ib. 17 ܡܫܬܘܬܐ (W.).
ib. 18 ܡܠܟܘܬܐ (W.).
ib. 19 ܡܫܝܚܘܬܐ (W.).
ib. 20 ܡܫܬܘܬܐ (W.).
ib. 28 et 30 ܐܡܬܐ (W.).
P. 47 vers. 2 ܡܠܟܘܬ ܡܠܟܘܬ (W.).
ib. 8 ܐܡܐ (W.).
ib. 11 ܡܫܬܘܬܐ (W.).
ib. 12 ܡܫܬܝܬܐ (W.).
ib. 14 ܡܢܝܢ (W.).
ib. 16 : ܡܫܝܚܐ (W.).
ib. 17 ̇ ܬܡܐ (W.).
ib. 19 : ܐܡܡܢ (W.).
ib. 21 : ܡܠܟ et ̣ ܡܫܝܚ (W.).
ib. 22 ̣ ܡܠܟ (W.).
ib. 24 : ܡܠܟ (W.)
ib. 25 : ܡܫܝܚܐ (W.).
ib. 26 ܐܡܝܢ (W.).
ib. 27 ܡܫܬܘܬܐ ܡܢܝܢ : ܐܡܬ (W.).
ib. 28 ܡܫܝܚܐ (W.).
ib. 29 ܐܡܬܐ et ܡܫܬܘܬܐ (W.).
ib. 31 ܡܬܩܝܡܬܐ (W.).
P. 48 vers. 1 ܡܫܬܘܬܐ (W.).
ib. 4 ܡܠܟܝܬ et vs. 16 ܡܠܟܝܬܐ (W.).
ib. 6 ܐܡܬ (W.).
ib. 13 ܐܡܡ (W.).

P. 51. De libello »de variarum terrarum Legibus" omnino cf. Merx, Bardesanes von Edessa, Halle 1863, qui etsi Philippum ejus auctorem agnoscit, tamen luculenter demonstrat, perperam me commentationem *περὶ εἱμαρμένης* ab altera *κατὰ εἱμ.* distinxisse.

P. 55. De libello Melitoniano vehementer dubitat RPSmith p. 188, annon ab ipso episcopo Veteris Testamenti peritissimo scriptus sit. Quam rem aliis investigandam commendo. Nec tamen omittendum, ad imperatorem literarum Christianarum ignarum verba fieri.

P. 56. De saeculi VII et posteriorum scribis paulo aliter judicat Wright p. 125; attamen artificiosiorem scripturam horum libri mihi prodere videntur, nec plane libero calamo exaratam.

Digitized by Google

P. 57. Atramenti parandi formulae exstant v. c. in codd. 14632 f. 1 r., 17 v., 14644, de quibus dicturus est Wright in Catalogo.

P. 58. Codex Cyrillianus est 14451; in ejus colophone legendum est ܢܝܪܐ et ܡܪܝܡܐ et ܡܪܝܡܐ et ܡܪܝܡܐ et ܡܪܝܡܐ (W.). Haud video quid possint ܡܪܝܡܐ ܡܪܝ in hac subscriptione et ܡܪܝܡܐ ܡܪܝ in codice 7149 significare nisi locutio sit primo adjective deinde ut heic substantive sumta, qua sententiae subjectum designetur. (Alia sunt ܢܝܪܐ ܡܪܝܡ quod olim laudavi, ܡܪܝ ܡܪܝܡܐ ܡܪܝ (ἀνάστασις τριθημερινός) 12174 f. 142 r. b. in fine, ܡܪܝ ܡܪܝܡܐ ܡܪܝ in Barhebr. Chron. prooem.). Duram esse dicendi rationem fateor; at utut est argutias satis ineptas verbis inesse constat. Quae ita verto: »Ne, »Domine, denegetur praemium (homini) quinque geminorum (τῷ τῶν πεν»ταχιζιδυμῶν), qui laboravit semen tuum odoribus conditum spargendo »(ܡܪܝ ܢܝܪ ut saepius asyndeto utuntur) in agrum (i. e. pellem) anima»lium, alis volucrum, robore Dei". Quinque gemina fortasse sunt oculi, aures, nares, manus, pedes. — Porro in ann. p. 59 lege »eripiantur" et »habeantur", nam, ut fit, per anacoluthon ipsa quinque gemina in posteriori disticho pro subjecto habentur. Vocabulum ܡܪ eum غابة quam غبّ conferre malit Wright, verum sic non video quare terminationem femininam Syrus neglexerit; pluralem autem غاب per ܡܪ reddi exspectandum est. Caeterum nisi fallor et in cod. 14542 anni 509 de penna sermo est, et plura attulit Wright, quaestionem de pennae aetate sine dubio in Catalogo soluturus. Eam apud Syrorum librarios calamo antiquiorem esse jam nunc apparet. Adde quod etiam hodie literae crassiusculae voluminum Hebraicorum quibus in synagogis utuntur pennis exarari solent.

P. 59. Nestorianos a dextra ad sinistram scribere, ut monet RPSmith, ante hos tres annos in meo ipsius muscolo vidi. Quae in tab. VII spec. 27 leguntur ܐ ܒ ܓ ܕ 8, ea ostendente Wrightio nihil esse agnovi nisi Abrahami nomen alphabeto Bardesanis expresso. De hoc cff. Assemanii in Cat. Bibl. Vat. II. p. 522 et Merx, Bardesanes p. 61—62 ann., e codice Vat. anni p. Ch. 1352. Porro exstat in cod. 7202 Mus. Brit. f. 1 r., ubi habentur ܡܪܝ ܐܪ, ܡܪܝ, ܡܪܝ, ܡܪܝ, ܡܪܝ, ܡܪܝ »Alphabetum Arabicum, Hebraeum, Francicum »(fictitium), Indicum, Bardesaneum, (tandem aliud) e notis numeralibus »conflatum (cf. Aneed. t. I. p. 96)". Bardesaneum hoc est:

ܐ ܒ ܓ ܕ ܗ ܘ ܙ ܚ ܛ ܝ
ܟ ܠ ܡ ܢ ܣ ܥ ܦ ܨ ܩ ܪ ܫ ܬ

De eo scripsit B. H. C. in »Journal of Sacred Literature" anni 1865 (vol. VI) pp. 465—466. — Et in cod. 7206 (saec. XVII) f. 143 v.—144 r. est ܢܝܪ ܡܪܝ ܐ ܢܘܚ »ejusdem"(Noae patriarchae in Kardu

Digitized by Google

»insula) in scribendi elementa Bardesanis (carmen homoeoteleuton)". Utriusque loci a Catalogi auctoribus omissi notitiam Wrightio debeo. Speciminis quod in tab. VII dedi versiculus alter hic est: ܐܒܪܗܡ ܐܬܝܪ (ܡ)ܐܠܗ ܠܗ »Abraham captivus; orate pro eo", scriptura vulgari. — Ergo Bardesanca jam sexto sacculo aderat.

P. 64 ܐܠܗ statu simplici et in Pentateuchi versione simplici et alibi passim occurrit (RPSmith).

P. 66 ܐܝܬܝܐ sacculo sexto inter Arabiae septentrionalis monasteria recensetur in cod. 14602 (Wright).

P. 68. Cum nomine proprio ܛܠܝ »puero" cf. ܛܠܝܐ »infans" quod in Joannis ep. Ephesi Hominibus Beatis cpp. 13 et 40 offenditur.

P. 72 Literae ܢ formam minusculam non tantum in saeculi sexti libris sed etiam in cod. 14660 saeculi fere VIII inveni, ubi angustius erat spatium in finibus versiculorum.

P. 74 § 12. Legendum est ܐܚܪܝܐ »(tomus) ultimus" (Geig.).

P. 82 ann. 1. Profecto non videtur scriba praepositionem Syriacam cum Graeca conjunxisse sed ܠܓܘ »versus (faciem)" intellexit (Geig.).

P. 87. Cod. Hartwellianus 3 Curetono commodatus erat, cujus post mortem bibliothecae redditus est. Cod. 6 accuratius examinatus saeculum XII vetustate non superare omnibus visus est. Cod. 4 colophonem, quum m. Sept. a. 1865 optimi hospitis brevi post diem supremum obituri domum reviserem, integrum descripsi: ܫܠܡ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܐܪܒܥܐ ܕܡܪܝܢ ܢܘܢ ܡܬܝܐ ܘܡܪܩܘܣ ܘܠܘܩܐ ܘܝܘܚܢܢ ܕܐܬܪ ܙܟܝ ܕܒܓܪܓܪ ܕܒܝܬ ܡܢܗܪܐ ܕܡܠܝܛܝܢ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ

P. 88. Nestorianorum scripturae nihil est cum ea quam RPSmith p. 191 »middle-ancient or Meiocene" appellat. Ostendunt libri MSS., aliam fuisse scripturae Jacobiticae et Melkiticae, aliam Nestorianae historiam. Quumque minus accurate meam de palaeographia Syriaca sententiam retulerit vir clarissimus, nescio quid in ea exponenda peccasse mihi videor. Ergo quo m^elius^ intelligatur, quoddam ejus breviarium subjungere liceat.

1. E scriptura quam habemus antiquissima in nummis Edessenis conspicua orta est scriptura *majuscula* (Est-rangelo) in libris usitata.
2. E majuscula facta est compendiosa illa in epistolis, annotationibus subsecivis ett. usitata *minuscula* (Anecd. t. I. tab. V. spec. 11—12, VI. sp. 18, VII. sp. 25). Hae duae jam ante Nestorianos a Jacobitis et Melkitis separatos exstabant.
3. Apud Jacobitas et Melkitas Jacobi Edesseni exemplo tertium scripturae genus ortum est e majusculo et minusculo conflatum, quod *semiminusculum* appello. — In quibusdam autem libris antiquam illam majusculam adhibere pergebant.
4. Contra apud Nestorianos e sola majuscula paulatim facta est ea scriptura quam et in tabula mea XXII. sp. 110, 106, et in Syro-Malabaricis (tab. B. spec. 12) et prorsus eandem apud Syros juxta lacum Ormijae adhuc habitantes offendimus.
5. Denique apud eos Melkitas qui dialecto Palaestinensi utebantur item e sola majuscula facta est scriptura peculiaris; etenim adeo Graeca omnia illi orthodoxi adamabant, ut Graecas etiam literas unciales in libris ecclesiasticis imitari studuerint.

Quod dicit RPS. Christianos Malabarenses non Nestorianos sed Jacobitas esse, valde dubito. Imo facio cum vo. clo. Th. Nöldeke, hodie professore Kiloniensi, qui d. 5 m. Febr. anno 1863 haec mihi scripsit: »Scheint es Ihnen nicht auch, dass die Schrift der Indischen Syrer von »der Nestorianischen herkommt? (*Imo omnino eadem est.*) Ein zwingender »Beweis dafür, dass diese Christen ursprünglich Nestorianer waren, liegt »darin allerdings noch nicht, aber anderseits gebe ich auch nicht viel »darauf, dass in irgend einem Glaubensbekenntniss dieser Leute Nesto»rius verflucht wird. Diese arme Gemeinde ist eben ziel- und haltlos »und giebt jedem neu hinzutretenden geistigen Einfluss nach, wie ihr »Verhalten gegen die katholischen Missionen zeigt, die es nur dadurch verdarben, dass sie auch ihre Aeusserlichkeiten antasteten".

P. 90 in specimine e cod. 14510 nonnulla perperam explicui. In ejus versiculo 1 lege ܡܢܐ, in 2 ܡܢܗܘ ܡܢ ܡܠܟ ܡܠܟ . ܚܕ ܚܕܝܢ, in 3 ܡܢܐ. Sunt autem haec Arabica:

هذه قونين (قوانين) سريانى رهوى اشتراعم

اشماس (الشمّاس) سُرور ابن اشماس عبد المسيح

Digitized by Google

الـه (الـلـه) يـرحـم والـدَيْـهْ جـمـيـعًـا امـيـن

قوانين سوريانى رهوى لكول (الكلّ) يوم طول اسنه (السنة)

»Hi sunt Canones (hymni) Syro-Edesseni. Emit eos diaconus Surūr »filius diaconi 'Abdu-'l-Masīh'. Deus misereri velit parentum ejus, Amen. »Canones Syro-Edesseni in quemvis totius anni diem" (Wright).

Nimirum non ex ipso codice sed domi e tabula mea inscriptionem interpretari conatus eram, male delineatam quippe in libro parum perspicuam. — Denique monuit W. vocabulum quod in ann. 2 Ibericum vocaveram nihil esse nisi diaconi nomen σουρουρ Graece scriptum.

P. 98. De vocalibus Graecis qui scribunt, etiam ω apud veteres occurrere sciant; v. c. passim in interjectione ܐܘ, in cod. 14660 f. 56 v. in ܩܝܪܘܢ, f. 79 v. in rubricae voce ܡܫܡܫܢܐ (ubi bis).

P. 100. Adde quae de typis Wattsianis in hujus tomi Praefatione monui.

P. 104 vers. 6. Constantinus *Instaurator* (? ܡܬܩܢ) (Geig.).

ib. 10—11 Lege: Ant. multis terraemotibus per 13 dies ett.

ib. 15 Lege: monte pro majori parte effosso.

ib. 29 Lege: *et* liberum ad ea.

P. 106 vers. 20 quae *huic mandanti* parebant] RPS., collatis Actis Mart. ed. Assem. I. 228, 1, 2, »quae (itaque) Arimanio paruerunt". Dubitat quidem Geiger, etenim Arimanius non est deus quem Persae adorabant, neque hi, si forte Christiani alicujus urbis potiti essent, Satanae eam parere dixissent. Quod tamen ipse proponit, ܐܪܡܢܝܐ per »Armeniam" interpretari, recipere non ausim, quoniam haec in eadem sententia ܐܪܡܝܐ audit. Igitur ad versionem Smithianam revertendum esse existimem, dummodo addamus, scriptorem religionis Persicae ignarum Arimanium pro tutelari hostis deo habuisse.

P. 107 vers. 6 *ordine* sacro] imo: foedere sacro, cf. Lagardii Anal. p. 110 vs. 6 (Geig.). Cf. autem scholion in p. 171.

P. 108 vers. 21 ac dimittere eos jusserunt] imo: atque iis eripuerunt.

P. 110 vers. 29 Lege: Et ecclesiastici aemulati sunt, mittendo ett.

P. 111 vers. 17—20 Lege: et dejectus est aulaei pannus ante Dei altare et in eum cecidit ... supplicantem et obsecrantem ... et impleti sunt ei triginta dies et occidit ea passione (eo morbo) (Geig.).

ib. vers. 22 Lege: antequam annus unus, duo, tresve praeterierant.

ib. 29 *concussa est*] proprie: motavit (Geig.).

P. 113 vers. 32 Lege: anno 915 m. Tes'ri die 6.

P. 114 vers. 34 *natarunt in flumine glaciei fragmenta*] corrige: et infixae sunt glaciei rates (Geig.).

P. 117 vers. 4 *doctrinam excoluit*] lege: *propagavit* (Wright et Geiger).

Digitized by Google

P. 118 vers. 19 *uxores ducebant*] adde: filiis foederis qui carnibus vescebantur et uxores ducebant.

ib. vers. 22—23. Ridicule heic dormitavi. Etenim sermo est de lege Deut. 18: 3 ubi Ahronidis tribuuntur ܪܫܐ ܕܒܛܢܐ ܘܟܪܥܐ ܕܬܪܬܝܢ »armus et maxilla et ventriculus" (RPS. et Geig.), dum ܕܝܡܝܢܐ additum est e ܕܝܡܝܢܐ ܫܠ »perna dextra" Lev. 7: 32 sq.

P. 120 vers. 1 *et*] lege: ea.

ib. 10—11 *nequaquam divinae*] imo ἀθεοῦ, scelestae (godless, gottlos).

P. 129 vers. 3—4. Corrige: Leges enim semen purum inquirunt. et vs. 7: quae est quasi ager. — Nota est theoria vetus de generatione animantium.

P. 131 vers. 26 *irritum fit*] corrige: improbatur.

P. 132 vers. 3 Lege: cedere vel donare (Geig. 755). Et Germani donandi sensu »verehren" i. e. honorare dicunt.

P. 135 vers. 28 Lege: filiorum filiorum sororum.

P. 136 vers. 8 *tempus deserendi*] imo: probandi.

P. 137 vers. 6 Codex MS.: Subjiciantne (aut passive: sintne alieni juris) leges durante vita filiorum viri qui eorum avus est. Quod non intelligo. Fortasse ܕܢܬܠ — ܕܢ scriptum erat? Et ܕܢ ܒܥܕܬܐ (ut f. 200 r. in f.)?

P. 139 vers. 5 Lege: Quaenam vis sit commutans, tollens quae (Geig.).

ib. 19 *parentibus*] lege: fratribus.

ib. 27 Lege: si quid doni.

P. 141 vers. 19 *cum altero*] lege: eum deceptore (e conjectura Geig.).

P. 143 vers. 4 *procurationem?*] imo παραχώρησιν (cessionem), opinor.

P. 146 vers. 5 *finibus distant*] corrige: procul distant (Geig.).

P. 151 vers. 10 *non dederint*] delendum est »non".

P. 152 vers. 20 *et se opponit*] lege: et deceptus est (Geig.).

P. 153 vers. 13 *mille* (*denarios*)] imo: duplum.

ib. 21—22 *segmenta*] imo: passus.

ib. 35 *per trabes*] cod. MS. ܕܝܡܝ, quod non intelligo. Tectum fortasse?

P. 154 vers. 2 Lege: duorum cubitorum.

P. 155 vers. 32 *apud eum*] adde: virum (?).

P. 156 vers. ult. *nequam*] imo: athleta (RPS.); attamen adjective sumitur (Geig.).

P. 157 vers 14. Post emendationes quas Smithio et Geigero debemus, ita fere esse scribendum in aprico esset: »Verum quando tibi venter plenus »est, excedit (cf. Jer. 23: 9 ܡܢ ܕܡܠܐ ܟܪܣܐ ܕܝܠܟ ܢܦܠ). At non »tibi restat canibus edenda ventris redundantia". Haec ultima Geigerus ita explicat: »Allein der Auswurf des Leibes bleibt dir nicht (einmal) »als Frass für die Hunde; der Auswurf des Betrunkenen ist so ekelhaft, »dass ihn auch Hunde nicht berühren mögen". Fortasse melius etiam his reddenda esset sententia: Non tibi restant (non te ipsum juvant) ea

Digitized by Google

quae canibus tantum edenda (Prov. Sal. 26: 11) e ventre rejicis. At ܟܝܬ illud quod edideram, non est in cod. MS.; contra illic ܟܝܬ legitur, quod cum ܟܘܣܬ comparandum et a verbo ܟܝ derivandum »curam" significare possit; verum quid est: »non tibi superest canibus »edenda ventris cura?" Davus sum, non Oedipus.

P. 157 vers. 17—20. Legendum: Nec quisquam est, qui appetitum et ventrem sectetur, quin statim opprobrio et contemptui sit. Bonum sit ei qui ventris et appetitus compos est; omni tempore salvus est (Geig.).

ib. vers. 21—22. Lege: Ingressus ad inferos somnus est; colloquium cum mortuis somnium.

ib. vers. 31 *portare*] lege: recipere.

P. 158 vers. 21 *aeternitatem*] imo: sepulcrum (Geig.).

P. 159 vers. 2 *te adspiciat*] corrige: tibi maledicat.

ib. 11 Lege: verum dic: »vae dominis ejus, quem possident!"

ib. 16 lascivum] imo potius: intemperantem (Geig.).

ib. 18 *domum iniquitatis*] lege: quamvis iniquitatem.

P. 160 vers. 19 *turpia et flagitiosa bona*] corrige: aquas corruptas, et cf. Prov. Sal. 5: 15. 9: 17 (RPS.).

ib. vers. 29 *venationem disce*] imo rectius addita negatione: venationem discere noli (e conjectura Geigeri).

ib. vers. 30 *deplorabis*] lege: quaeres.

ib. 33 *Non inebriabis*] imo potius: non satiabis.

P. 161 vers 29 *despondere*] sive: animum despondere; similiter Geig. 756: sich feige zurückziehen.

P. 162 vers. 25 *amicos et praeceptores*] Liber MS.: uterum et mammas.

